

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Cl. 2874
47

P A T R I Æ
A F F L I C T Æ
D V R I T E R


S.

Christophorus Ludo-
uicus Bernburgensis.



S E R V E S T Æ,
Excudebat Bonaventura Faber.
M. D. X C I I.





P
B

C

F
M
D

S
D
I
A
N
I
G

M



PRVDENTISS: VIRIS REIPVB.
BERNBVRGENSIS COSS. DN. IOAN-
ni Schmid, Dn. Christophoro Kikes, Dn. Ioanni
Nebelio, ceterisq; Senatorib. Dominis ac pa-
tronis suis venerandis.



Valem cunquè agito mecum, multumq; vo-
luto

Corde, viri virtute pares, tria pectora paci,
Accisis patriæ rebus, prognata tuendæ,

Ferre vicem meritis, quæ nec comprehendere possum,

Nec sum soluendo, nummum contemplor in arca

Dum nil, nec fulvi, quod res est, particulam auri.

Vnde igitur promam, dubius feror, argumentum?

Sed non diuitiæ Cræsi, nec copia Crassi

Divitis, aut positi non æquo in fenore nummi,

Insignes virtute mori, meritisq; vetabunt,

Aut leto eripient, leto debentia nostra

Nomina, vel memorem facti post fata relinquent

In superis animum: tali custode peribit

Gratia cum meritis, tumulo & condentur eodem.

Vestro, Pierides, vestro post funera dignos

Munere laude viros maneat cum nomine vita.

A 2

PA=

PATRIÆ AFFLICTÆ S.

Sic est: illa tibi mala, si non læva fuisses
Prædixere Iovis fulmina missa manu.
Sic est: ignitis memini prædicere telis,
Pœnas terrigenis quas meruere, **DEVM.**
O duram, ô diram sortem miserandaq; fata!
Heu quis flere satis tot acerba potest?
O casum infandum, tristem, miserabilem, inauditum!
At quæ digna venit fors, toleranda venit.
Quis mala pensabit decumana hæc fletibus umquam,
Flebilibusq; modis non habitura modum?
Non Albis, non Sala soli quæ mœnia lambit,
Sat lacrymis, Patrij, suppeditabit aquæ.
Verùm haud quæis premitur Respublica, ut agmine facta,
Nunc plango, aut casum, quem meminisse dolor.
Namquæ suum invenere Machaona: pergite legum
Custodes patrium restituisse bonum.
Tuque senatorj, quæso, Deus ordinis autor
Fortunæ has meritas non iterato vices.
Illæ cor meum edunt, (uda hinc lanugo, genæquæ)
Quæ sacra divexant dūr iter & miserè,
Ast æruinnarum cur sic hæc obruit æquor?
Aut adeò ventis acta procella furit?
Iam proram superans, modò puppim ad sidera tollens,
Iam torquens vasta in saxa latentia aqua!

Vt

Vt iactata diu ventorum turbine tandem
Qua vehimur pereat naufraga cymba Salo.
Nec læti optata, pubes, potiamur arena,
Collecta exilio, vulgus in erme, gravi.
Sed nauta ingentes ipso frangente procellas,
Fit via vi tumidum per mare, per scopulos.
Iamquæ ferè rabidi traiccto marmoris æstu
Et navi vento paullulum eunte suo,
Insequitur rursus, dicto ocyus, altus aquæ mons,
Allidens laterum terquæ quaterquæ vadis
Compages: ex hoc (visu miserabile) pronus
Excutitur nimia mole Magister aquæ:
Volvitur inquæ caput: dum vasto in gurgite nantem
Devorat emeritum vorticis unda virum.
Et partes alius supplet nondum illius; cheu!
Hæc tua, quòd superet vix, mala, credo malum.
At cordata minus gens est hoc nomine nostra,
Semper ob amissas quòd labra turpat opes,
Atquæ Phrygum in morem medicinam posse parari,
Aut mala sanari quæ invaluerè, putat.
Sic nè operam perdas, umbramquæ simillima captes,
Tantalus ut stygijs poma fugacia aquis?
Qui semel his miseris retinacula solverit oris,
Haud reducem malum primaq; vela dabit.
Quid tantas patriæ ergo vices renovare? quid ovo
A gemino ordiri tristia fata iuvat?

Et juuat, & pietas, sopitum pœne dolorem
Sollicitare, viri nostraq; Musa monet,
Stat veteris facti, stat adhuc quoque gratia, gratum
Quo misero venit non magis auxilium,
Quod soli acceptum referam ipsi, dum reget artus
Spiritus hos, cinerem in donec & ipse abeam.
Accedit docta pietate viri F R E N C E L I
Nunc abitus, quis enim diceret hunc, obitum?
Quæ F R E N C E L I A D A E genitoris plangere vestri
Fata, satis numquam Musa mea ah poterit,
Omnia cui meritò sua, se & debere fatetur,
Quid! cui debentur Curia, Fana, Scholæ.
Pectora vos modò non mœrentia tundite, fletu
Nec nimium humidulas dilaniate genas.
Dignus erat, fateor, quem non contagio morbi
Læderet, æternùm vivere dignus erat.
Sed, miseri, vix dum nos vertimus, exspiramus
Cuncti, fatalis stat sua cuique dies.
Et quî digna patri vestro meditarier ausim,
Curarum obducto pectore nube nigra?
Iam voluisse sat est. Tu portus & aura Tuorum,
Huic alios nautas præfice, Christe, rati,
Vosq; omnes primò qui communem hausimus auram,
Parcite quos dederit rodere dente viros.

IN TVMVLVM

CLARISS: ET DOCTISS: VIRI DN. M. BARTHO-

lomæi Frencelj præceptoris sui desideratissimi, ex Tyrtæi Epigram-
mate quodam Græco: eiusdem.

Hinc pariter iuvenes lacrymis decorare, senesque
Exequias omni civium eunte manu.
Bustum, & progenies, & qui nascentur ab illa,
A memori laudem posteritate ferent.
Non nomen, non ulla dies abolebit honorem,
Terra in terram abiit, fama perennis erit.
Sic, seu militiæ, (stat inevitabilis ordo hic)
Optima, sive domi, Morta inopina metit.

AD PIOS EIVSDEM MANES.

Qui nunc Elysios colitis feliciter hortos,
O optimi Manes, BONI FRENCELII,
Æternum salvete mihi, æternumque valete,
Elata & ossa molliter, date, ut cubent,

C. L. B.

Ad Christophorum meum Ludovicum.

Meriti quod præceptoris fata gemiscis,
Christophore, & lessum illi facis ingenio.
Rem facis, ut memori extollatur laude, fideque;
Qua cluis obstrictus nobilibus meritis.
Nil cures, quæcumque blatat lingua invida, tali
Fortean ignorat quamtus habendus honor
Sit viro; at ipse egomet pro te me masculum amicum,
Et stringam lambos in mala probra meos.

Ianus Kotteritius
Eq. Sax.

Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M





Cl. 2874

47

P A T R I Æ
A F F L I C T Æ
D V R I T E R

S.

Christophorus Ludovicus
Bernburgensis.



S E R V E S T Æ,
Excudebat Bona Ventura Faber.
M. D. X C I I.